



DISQUISITIONES
DE
REMEDIIIS ROBORANTIBUS.

SCRIPSEIT

Wilhelm Vio.

DISQUISITIONES
DE
REMEDIIS ROBORANTIBUS.



DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARUM CÆSAREA DORPATENSI
AD GRADUM
DOCTORIS MEDICINÆ
RITE ADIPISCENDUM
LOCO CONSUETO PUBLICÈ DEFENSURUS

AUCTOR

Wilhelm Vio.



DORPATI LIVONORUM.

TYPIS VIDUAE J. C. SCHÜNMANNI ET C. MATTIESENI.

MDCCCL.

I m p r i m a t u r

haec dissertatio, ea conditione, ut simulac typis fuerit excusa,
quinque ejus exempla tradantur collegio ad libros explorandos
constitute.

Dorpati Livon., die 1. mens. Junii anni 1851.

Dr. Reichert,
ord. med. h. t. Decanus.

17

Ne quis mihi opprobrium faciat, quod, multis negatis, pro vetere nihil substituerim novi. Medicinae enim, copiae verborum et sententiarum nullo iudicio nec discrimine collatorum succumbenti, id etiam usui esse censuerim, quod rationibus deleamus ea, quae temere prolata sint.

Gaudeam, si mihi contigerit, ut periculis a me factis ad solvendas quae recentioribus temporibus de remediis roborantibus prolatae sunt, quaestiones aliquantulum afferam. Non possum autem, quin animadvertam, me longe abesse, ut quaestionum illarum experimentis meis discrimen datum esse censeam. Antequam enim de remediis tonicis iudicium feramus certum et mea experimenta uberius repetantur, et nova alia instituantur necesse est.

Cl. *Buchheim*, praeceptorum veneratissimo gratias ago quam maximas, qui consilio et re comiter ac benevole me adjuvit.

Si medicamina in ordines quosdam distribuere volumus, imprimis et ante omnia oportet, ut, quamvis sequamur distribuendi rationem, cuique ordini signa quaedam singularia afferamus, quae singula singulis medicamentis istius ordinis convenient. Quemadmodum vero omnium, quibus utimur, medicamentorum certam formam componere sit difficile, eo jam intelligitur, quum ne una quidem medicaminum distribuendorum ratio adhuc instituta, constanter convenienterque illustrari poterat; ea forsitan excepta, quae, praeceptis botanicis et zoologicis nixa, nullo mo domedicinae expediverit. Novissimis temporibus praecipue ad effectus physiologicos respexerunt, qui medicaminum ordines componere voluerunt. Quae autem ratio prioribus non perfectius neque melius evadere poterat, quum modo multas rationes physiologicas exactius cognitas non habeamus, modo etiam de medicaminum vi et effectu parum hucusque quaesiverimus. Et hic inconstantia, quae saepissime nobis occurrit, sicuti dissensione, quam inter scriptores de eodem remedio non raro invenimus, satis superque probatur, hanc etiam medicaminum distribuendorum rationem, quamvis principiis nixa sit, quae ad excolendam artem medicam plurima conferre possint, non adeo diligenter quin perfectione egeat, esse elaboratam. Imprimis praecepta quaedam, quae, experimentis tantum in aegrotis factis aut etiam sententiis futilibus commenticiisque nixa, per saecula civitate donata in pharmacologia saepissime obviam nobis veniunt, eo digniora sunt, quae exactissimo iudicio examinentur, quo

plura nunc nuper experimentis simplicissimis in suspicionem adducta sint. Inde ab omni tempore, ut exemplo utar, traditum nobis est, usu sinapis, piperis et aliis sic dictis condimentis, secretionem succi gastrici augeri, et, aucta secretionem, ciborum concoctionem acui et accelerari. Ex periculis vero, nuper a cl. *Schrenk*¹⁾ factis, concludere licet, his materiis in ventriculo praesentibus, neque temporis spatium, quo alimenta concoquuntur, neque etiam concoctionis vehementiam ullo modo mutari. *Boussingault*²⁾ experimentis, a se maximo cum studio de effectu, quem usus natri muriatici in pecorum incrementum habeat, institutis, perspicue nobis ostendit, usu natri muriatici pecora non celerius corpore crescere, si eandem nutrimentorum quantitatem iis praebemus; et nutrimentis iis praebitis natri muriatici tantam jam inesse copiam, ut hanc nutritionis causa non sit opus augere. *Dailly*³⁾, experimenta alio modo repetens, pecora majorem quidem nutrimentorum copiam post natri muriatici usum devorare et propterea paullo celerius pondere accrescere praetendit, ita autem, ut nutrimentorum copiae semper eodem modo respondeat incrementum.

Hoc modo evenit, ut etiam in scriptis de remediis sic dictis roborantibus nobis praecepta occurrant, quae omni hucusque careant argumentatione.

Varii scriptores eodem fere modo medicamina roborantia definiunt. *Mitscherlich* remedia tonica ea appellat, quibus variae corporis telae et partes strictiores et fortiores redditae, condensantur. *Oesterlen* haec remedia corpus corroborare, tonum et sanguinis constitutionem restituere praetendit; *Pereira*, his remediis diutius adhibitis languorem corporis removeri et infirmitatem, nutritionem singularum corporis

1) *Schrenk*, De vi et effectu quorundam medicaminum in digestionem. Dorpati Livonorum 1849.

2) *Boussingault*, Ann. de Chim. et de Phys. III. Ser. XIX.

3) *Dailly*, Ann. de Chim. et de Phys. III. Ser. XX.

partium et hoc modo vires augeri. Cum quibus alii etiam scriptores re concinunt, verbis tantum discrepant.

Neutiquam autem remedia, quae ad roborantium ordinem a variis scriptoribus adnumerantur, cum definitione data omnia congruunt. Imprimis remedia adstringentia in tonicorum numerum injuria inferre videntur. Medicaminibus enim roborantibus effectus supra descripti nonnisi per longius temporis spatium in usum vocatis creari dicuntur et ita quidem ut totum corpus particeps fiat hujus effectus. Remedia autem adstringentia, quamvis etiam telas densiores et strictiores reddere possint, hunc effectum nisi localem habere pro certo nescimus. *Mitscherlich* num effectus adstringens in locis etiam remotis ab eo, in quo medicamentum adstringens applicatum erat, eveniat nec ne, non diligentius probatum esse ipse praedicat; immo confitetur, hoc sibi non esse verisimile. Etsi remediis adstringentibus diutius, ut corpus roboremus, uti vellemus, tantum abesset, ut propositum nostrum assequeremur, ut ad contrarium perveniremus; illis enim remediis diutius adhibitis, ciborum concoctio et corporis nutritio vix possent, quin perturbarentur; quo facto, corpus non sanius sed aegrius etiam, non fortius, sed imbecillius redderetur. *Mitscherlich* sane, multa remedia adstringentia concoctionem ciborum juvare contendit; qua autem re a plurimis scriptoribus pharmacologicis nec non a therapeuticis dissentit. Negare non possumus, etiam haec remedia eo, quod secretionem profusas sistant, ad organismum conservandum et nutritionem turbatam restituendam aliquid afferre posse; qua autem re ne inducamur, ut ea medicamenta tonicis adnumeremus; eodem enim jure omnia remedia, quae morbum aliquem, ciborum concoctionem et nutritionem corporis turbantem, tollere queant, tonica appellarentur, quum, depulso morbo, corpus recrearetur. Sic Opium tonicis adnumerandum esset, quia diarrhoeam tollit, sic Ipecacuanha, quia vomitum impedit et cet. *Trousseau* et *Pidoux* creosotum etiam et fuliginem, *Pereira* acida mineralia inter remedia roborantia recipi vo-

Mitscherlich minores remediorum amarorum copias ante coenam aegrotis praebendas, ut appetitus augeatur, proposuerit. *Strumpf* immo iisdem remediis cibi aviditatem usque ad famem augeri contendit. Quae opinio difficillima est examinatu, quum cibi appetentia ex multiplicibus variisque conditionibus pendeat, et variis modo augeatur, modo etiam diminuatur. Id autem ii, qui opinioni illi adhaerescunt, concedunt, adhibitis in sanis remediis tonicis, appetitum vix accrescere et ne in aegrotis quidem semper augeri. Praeterea ut effectum illum pro certo sumant, ex usu medicaminum amarorum, praecipue Chinini, sub conditionibus ducti sunt, quae per se saepissime jam efficiunt, ut cibi aviditas acerrima existat; veluti morbis gravioribus latis, si propter nutritionem diutius vitiatam, imbecillitas quaedam virium et corporis macies remanserunt. Ceterum ne omittamus cibi aviditatem auctam et stomachi majoris ciborum copiae tolerandae facultatem non quidquam discriminis habere, nisi etiam nutrimentis sumptis latius et extensius in sanguinem receptis. Num igitur huic opinioni quidquam dandum sit nec ne, aestimando effectum illorum medicaminum in digestionem et nutritionem judicaretur. Remedia tonica viam in salivae secretionem exercere, jam propter saporem, quem pleraque omnia gravem habent, ponere possumus; et quidem, ut ejusmodi substantiis fieri solet, secretionem glandularum salivarium augent. Salivae autem viam in amyllum, praesentibus remediis amaris, nullo modo mutari, periculis a cl. *Buchheim* et *Engel* ⁶⁾ cum salicino facta, demonstratum.

Sapore, quem multa remedia tonica habent amarum scriptores commoti sunt, ut medicamentorum amare sapientium proprium constituent ordinem. Si etiam ordinem hoc modo appellatum esse parvi refert, attamen non possumus, quin animadvertamus, multos imo recentioris temporis scriptores

6) Beiträge zur Arzneimittellehre. Leipzig 1849.

arbitrari, ex amaritie praecipue illorum medicaminum pendere effectum. Quin etiam aliis remediis, quae non roborantium ordini adnumerantur, uti Aloae, Colocynthidi, propter amaritiam praeter effectum praecipuum, vim etiam tonicam adscribunt. Ut taccam, nos neque rationes chemicas, neque physiologicas habere, quibus amaritiam medicamentorum pro effectu sumamus, non praetermittendum est, si amarities indicare possit, qualis medicaminis sit actio, opus esse, ut, quanta sit actio, vehementia indicet amaritudinis. Cl. *Buchheim* et *Engel*, ut amaritiam variorum medicaminum compararent, solutiones eorum aqua diluerunt, dum sapor amarus evanuerit. Quomodo factum est, ut haecce inveniant:

Strychninum tartar.	amaro est sapore cum	48000	partibus aquae dilutum
Chininum tartaricum	„ „ „ „	10000	„ „ „
Cinchoninum tartar.	„ „ „ „	4000	„ „ „
Morphium tartaricum	„ „ „ „	2000	„ „ „
Salicinum	„ „ „ „	1500	„ „ „
Phlorrhicinum	„ „ „ „	500	„ „ „

Ex quibus jam elucet, vehementiam amaritudinis actioni medicamenti, quoad experientia in aegrotis facta, statuta esse dicitur, non plane respondere. Chinini et Cinchonini salia eodem modo et eadem vehementia agere, inquisitionibus in aegrotis factis statutum esse dicitur; contra autem secundum praecedentis tabulae numeros salium horum actiones aliquanto differre deberent; sic modo medici longe hucusque absunt, ut Strychnini majorem quam Chinini esse vim tonicam censeant.

Imprimis autem remedia tonica in stomachum vim exercere dicuntur, et quidem verbis majoris scriptorum partis quum stomachi motus, tum succi gastrici secretionem augment.

Quod vero ad motus stomachi et succi gastrici secretionem attinet, vix viam hucusque invenimus, qua et motus peristaltici vehementiam et succi gastrici copiam adeo accurate et subtiliter possimus limitare, ut via ista ad affectum medicaminum in stomachum comparandum utamur. Si etiam per

fistulam stomachalem motus stomachi sentire possumus, nescio tamen, quomodo hi motus cum iis, qui praesentibus medicamentis quibusdam oriantur, comparentur; sic etiam succi gastrici copia variis secreta conditionibus, neutiquam accurate aestimari potest, ita ut non facile constituamus, num, praesente quodam medicamine, major copia secernatur aut minor. *Blondlot* 7) vel alcalia carbonica tonicis adnumerari vult, quia illis remediis secretionem succi gastrici augeri se vidisse contendit. Praeterea de effectu, quem remedia tonica in stomachi motum et in succi gastrici secretionem habeant, pericula hucusque omnino non facta sunt, ita ut de illo eorum effectu opinari tantum liceret. Utcunque res est, nunc temporis non sine causa conjicere possumus, digestionem, quam stomachus exercet, si etiam motus auferentur et secreti copia, remediis tonicis praesentibus, non accelerari. Qua de re a cl. *Buchheim* et *Engel* 8) experimenta diligentissime hoc modo instituta sunt, ut canibus, fistula stomachali praeditis, vicissim merum albumen et eadem albuminis copia simul cum medicamento quodam amaro in stomachum immitterentur; residuis albuminis, diligentissime statutis, quantum albuminis certo quodam temporis spatio concoctum sit, concludi licuit; hoc modo vim medicaminum tonicorum in digestionis celeritatem investigare potuimus. Disquisitionibus istis hi numeri pro certo temporis spatio dati sunt:

1) Albumen solum	9,84	— Albumen cum Chinino	8,57
2) Albumen solum	10,98	— Albumen cum Salicino	9,02
3) Albumen solum	10,45	— Albumen cum Phlorrhicino	9,87
4) Albumen solum	10,56	— Albumen cum resina Absinthii	8,89
5) Albumen solum	9,28	— Albumen cum Berberino	8,78

Ex hac tabula perspicue elucet, remediis tonicis digestionem certe non accelerari.

7) *Frerichs*, über die Verdauung im Handwörterbuch von Wagner.

8) L. c.

Sunt, qui remediis illis bilis secretionem mutari velint. *Plagge*, bilis copia remediis tonicis aucta, digestionem entericam non parum adjuvari praedicat; quod vero etiam coniectatum tantum prolatum est. Periculis a cl. *Buchheim* et *Engel* in felibus institutis, quibus ductus choledochus subligatus et fistula vesicae felleae facta erat, bilis secretionem post usum Chinini sulphurici non augeri demonstratum est; et non habemus, cur aliis remediis tonicis hoc fieri censeamus. *Mitscherlich* quemdam *Weinhold* nominat, qui hepar post usum medicaminum roborantium volumine comminui, experimentis invenisse dicitur; quae vero experimenta frustra quaesivi. *Oesterlen* etiam de hujusmodi investigationibus referens auctoris nomen omittit.

Quam remedia tonica in succi pancreatici secretionem vim exercent, certis non cognitum est experimentis. *Plagge* nimis audacter ex eo, quod illis remediis salivae copia augetur, etiam succi pancreatici secretionem increscere concludit.

De effectu, quem remedia tonica in intestinum tenue et crassum habeant, quum aditu difficiliora sint, etiam pro certo judicari nequitur. Ex alvi dejectione, quod majoris sit momenti, nil concludere licet, quum majoris scriptorum partis auctoritate remedia tonica alvum modo laxent modo astringant.

Restat jam ut effectum examinemus, quem remedia tonica in universum digestionis et nutritionis processum habeant. *Mitscherlich* enim hoc praecipue affirmat, remediis tonicis longius per temporis spatium sumptis, majorem chymi copiam in sanguinem recipi, eaque ratione sanguini facultatem datam esse, omnium corporis organorum melius alendorum, ita ut volumen totius corporis accrescat. Nutrimenta enim, praesentibus quibusdam medicamentis roborantibus, melius concoqui et uberius extrahi dicuntur; quomodo chymi copia ex eadem cibi quantitate major oriri deberet. Fieri potuit etiam, ut chythus, qui remediis tonicis sumptis formatus est, ex causis, quae hucusque nos fugerunt, ab organismo abundantius et

largius retineretur et in substantias transformaretur, quae ad nutriendum corpus opus sint. *Mitscherlich, Trousseau* et alii multi remediis illis organismo hujusmodi vim praebere censent.

Qui remediorum tonicorum effectus ut diligentius examinetur, eo magis necesse videtur, quo saepius novissimis temporibus hic illic a scriptoribus in dubium vocatus est. Sunt autem, qui novissimis etiam temporibus hanc remediis istis vim inesse, maxime defendant.

Hujus rei examen aliis, quae de effectu remediorum roborantium institutae sunt, disquisitionibus jure praecedere debuisset; antequam enim, quibus viis medicamen agat, disquiramus, num omnino hoc modo, ut opinamur, agat necne, statuamus opus est. Quod si saepius fieret, multus labor ad vias illas explorandas et multae sententiae hypotheticae ea causa prolatae, inutiles essent. De effectu et vi, quos remediis tonicis inesse a saeculis nobis traditum est, nisi recentissimis temporibus, dubitare non ausi sunt. *Experientia* in aegrotis facta hac de re iudicium certum ferri nequitur; inquisitiones vero pharmacologicae nondum institutae sunt.

Propterea suscepi, ut pericula quaedam faciam, quibus ad solvendam hanc quaestionem aliquantulum afferam.

Ut chymi copiam et naturam post medicaminum roborantium usum disquirerem, eo minus in mentem venire potuit, quum ne hoc quidem hucusque contingeret, ut chymi qui variis nutrimentis formatur copiam et indolem chemicam cognosceremus. Itaque, ut certum aliquid assequar, experimenta a me instituenda hoc modo disponerem necesse erat, ut, si remediis roborantibus chyli quantitas profecto auferetur et, majore chyli copia in sanguinem recepta, corpus uberius nutriretur, ut, inquam, effectum illum eventis ponderare possim.

Si modo remediis tonicis adhibitis melius alitur corpus, pondere quibusvis ex causis minutum celerius etiam incrementum necesse est, quam diaeta quadam tantum adhibita. Itaque, si contingit nobis, ut, ceteris paribus, ponderis incre-

mentum, remediis tonicis aut diaeta tantum adhibitis, comparare possimus, parvam etiam remediorum tonicorum in nutritionem vim facile cognoscamus.

Quum vero et tempore et auxiliis caruerim, ut omnia remedia, quae ad roborantium ordinem numerantur, ad pericula facienda adhiberem, duobus tantum eorum, Chinino et Ferro, usus sum, quum et maxima inter medicos gaudeant auctoritate et alterum ex remediis tonicis vegetabilibus alterum ex metallicis sumpta sint.

De vi quam Chininum et Ferrum in organismum habeant, pericula hucusque toxicologica praecipue facta sunt. Experimenta, ab *Orfila*, *Friend*, *Bally*, *Giacomini*, *Gmelin*, *Magendie* etc. instituta, eo tantum versabantur, ut majores illorum medicaminum copiae in stomachum, in venas aut in telam cellulosa inijcerentur. Quae experimenta omnia a *Wibmer* ⁹⁾ collata sunt. *Rauschenbach* ¹⁰⁾ animalibus longius per temporis spatium corticem Chinae praebuit et, iis sectis, stomachum et intestina contracta, eorum parietes crassiores factos, cor contractum, hepar flavius, bilem liquidiorum facta esse se vidisse contendit. Quas mutationes in iis, quibus diutius Chininum praebueram, non inveni.

Quomodo minoribus dosibus Ferrum et Chininum agant, eo scriptores neququam inter se consentiunt. V. d. enim *Mitscherlich* Chininum neque cibi appetentiam augere neque digestionem nec nutritionem juvare contendit. Qua de re *Oesterlen* etiam dubia enuntiat. *Strahl* et *Griesinger* ¹¹⁾ ne id, quod, usitatis remediis tonicis, saepe sentiamus cum famis commutemus sensu monent; nonnisi enim irritationis stomachi signum esse contendunt. Et quidem vehementia tantum ab ea discerni videtur stomachi irritatione, quae, majore istorum medicaminum copia sumpta, dolore, vomitu et aliis gravioribus

9) *Wibmer*. Wirkung der Arzeneimittel und Gifte. München 1831.

10) *Ibidem*.

11) *Buchheim* und *Engel*, Beiträge zur Arzneimittellehre.

se offert signis. Maxime autem Chininum effectus supra descriptos tonicos exercere, plerique scriptores imprimis *Pereira, Trousseau, Plagge, Vogt, Strumpf* etc. defendunt. Ferro contra vim tonicam maxime extensam inesse, *Mitscherlich* pronuntiat. Praeter effectum, quem in digestionem et nutritionem exerceant, Ferrum imprimis sanguinis constitutionem mutare profert; et quidem numerum praecipue corpusculorum sanguinis augeri, a *Tiedemann et Gmelin, Andral* et *Gavaret* demonstratum esse dicitur. Quos Ferri effectus propterea saepe frustra expectari, *Mitscherlich* narrat, quod simul cum Ferro remediis aromaticis utimur. Majoris contra scriptorum partis experientia remedia aromatica, simul cum Ferro in usum vocata, neutiquam inutilia videntur, quum Ferrum stomacho saepissime molestias non exiguas exhibeat. Cl. *Plagge* tantum abesse, ut Ferrum ciborum concoctionem juvet, contendit, ut semper eam non paullo retardet.

De viis et ratione, quibus Ferrum in corpore mutatum in sanguinem recipiatur, et ex corpore iterum removeatur, cl. *Mayer*¹²⁾ uberius disserit.

Experimenta a me hoc modo instituta sunt:

In felibus, quia acquisitu mihi faciliores erant, pericula feci. Quominus aliis etiam animalibus uterer, quod optandum fuisse non nego, eo impediabar, quod nulla data mihi erat potestas experimentorum extensius dilatandorum. Feles tres in ordines distribui et ita quidem, ut cujusque ordinis feles fere ejusdem corporis ponderis essent, et cuique unius ordinis feli, ejusdem ponderis feles aliorum ordinum responderent¹³⁾. Nunc jam necesse erat, ut singularum felium corporis pondus diminueretur et quidem corporis decrementum cujusque felis pro corporis pondere idem esset. Duobus

12) *Mayer*. Diss. inaug. de ratione, qua ferrum mutetur in corpore. Dorp. 1850.

13) Quod vero propositum ut omitterem, coactus sum, quum magna felium pars brevi tempore periret. Itaque saepe facere non potui, quin quasvis assequar feles ad experimenta facienda adhibeam, ad corporis pondus non respiciens. — Attamen singulorum ordinum feles semper habeant, cum quibus comparentur.

adductus sum causis, ut corporis pondus diminuerem; quum enim expectandum erat, fore, ut singularum felium incrementum celerius et aequabilius procederet et facilius compararetur; tum etiam assecutus sum, ut remedia tonica iisdem conditionibus atque medici adhiberem.

Itaque plures per dies feles, ut corporis medium pondus statuam, ponderavi. — Tum e medio pondere quintam subtraxi partem; e millenis igitur grammata ducena. Ad quatuor igitur medii ponderis quintas partes felium pondus diminueretur volui, a millenis ad octingena grammata.

Quod ut celerius fieret, grana bina calomelanic felibus quotidie praebui, dum nutrimenta omnia removebam. Mox autem, ut hanc relinquerem viam, necesse erat, quum septem, quibus calomelas praebueram, feles perirent¹⁴⁾. Itaque eo tantum feles pondere diminuere conatus sum, quod per aliquot temporis nulla iis praebere nutrimenta. Sed, quum hoc modo etiam consilium non assequerem, parvam cibi copiam quotidie

14) Calomelas enim illa copia adhibitum, effectus in feles gravissimos habuit. Cibi appetentia, calomelane duas etiam tantum per dies praebita, praerumque omnis evanuit; saepius brevi, postquam remedium sumptum est, vomitus adfuit; diarrhaea secundo jam die maxima erat; tertio aut quarto die, etiamsi grana tria tantum mercurii dulcis praebita erant, salivatio, odore saepe foetidissimo, orta est; feles maxime caeduae factae, celerissime pondere diminuuntur et commoveri non poterant, ut cibum sumerent. Diarrhaea et salivatione incrementibus, quum jam maxima adesset virium defectio, feles, spasmis etiam brevi ante mortem ortis, perierunt. In omnibus felibus, quibus calomelas datum erat, quum mortuas aperirem, ulcera stomachi, in tribus praeterca ulcera intestini tenuis, in una crassi etiam inveni. Notanda permagna bilis copia erat, quae et in toto tubo intestinali et in vesica fellea reperiebatur. Cujusdam, ut exemplo utar, felis pondus medium 2917 grmm., tum calomelane tres per dies adhibito mortuae pondus 1629 grmm. erat. Hepar 137 grmm., vesica fellea cum bile, quam continebat, 25, 26 grmm., bilis sola 10, 91 grmm. valuerunt. Quae bilis copia sane permagna videtur, cum copia comparata, quam cel. Stakmanni disquisitionibus (Diss. inang. de bilis copia. Dorpati 1849) vesica fellea maximam recipere possit. Ulcera oris frustra quaesivi. — Semel intestini tenuis partem per omnia strata vehementissime inflammata fuisse vidi. In aliis organis quod communicem nil inveni. Notandum etiam est, taenias et lumbricos, quamvis etiam diutius mercurio dulci adhibito, saepissime in cadaveribus adfuisse.

praeberem necesse erat. Tum deuium corporis pondus ut eo, quo proposui, diminuerem, contigit.

Experimentis a v. d. *Holtermann* factis probatum est, feles, quibus pro millenis corporis ponderis grammatibus sexagena grmm. carnis bubulae quotidie praebeantur, tardissime pondere accrescere. Ut paullo celerius pondere crescerent, felibus, quibus ad experimenta mea instituenda usus sum, pro corporis ponderis octingenis grammatibus sexagena grmm. barnis bubulae, adipe et tela cellulosa diligentissime remotis, quotidie praebui.

Feles tres in ordines distributas fuisse, iam commemoravi. Felibus unius ordinis nonnisi carnis, quam supra dixi, copiam praebui; alterius ordinis felibus praeter carnem his quotidie sesquialterum granum ferri ammoniato-citrini; tertii denique ordinis felibus praeter carnem octavam grani partem Chinini sulphurici dis quotidie dedi. — Quas remediorum istorum copias experimentis etiam statui; tantae enim sunt, quantas feles ferre possunt, ut molestiis non afficiantur. Num remedia, quibus usi sumus, nutritionem augeant nec ne, comparanda incrementi felium celeritate iudicare possimus. Si profecto, remediis tonicis adhibitis, ciborum major copia in chymum mutatur, nil obstat, quin hic etiam fiat. V. d. *Frerichs*¹⁵⁾ enim invenit, carnis albuminata, quorum caro centesimas octonas denas exhibet, nunquam omnes concoqui, sic ut faecibus semper residua insint fibrarum muscularium. Nos etiam, faeces nonnullarum felium microscopio disquirentes, fibras musculares reperimus.

Restat jam, ut numeros, experimentis datos, inter se comparemus et inde ea concludamus, quae ad solvendam quaestionem conferre possint.

15) *Wagners Handwörterbuch. Artikel Verdauung.*

1. Medium pondus felis maris ad 2917 grmm. statutum est. Tum paululum tantum cibi ei praebebatur, dum pondus ad 2351 grmm. diminueretur. Quo facto, 180 grmm. carnis et bis octavam grani partem Chinini sulphurici quotidie accepit. Paullatim pondere accrescens ad ponderis 2508 grmm. pervenit. Tum autem morbo correptus nonnullas post dies periit.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Martius	22.	2927	Nil cibi accepit.
	23.	2823	Carnis 40 grmm. data sunt.
	24.	2735	Nil datum.
	25.	2617	Carnis grmm. 40 data.
	26.	2557	Nil accepit.
	27.	2483	Carnis grmm. 40 data.
	28.	2360	Carnis grmm. 180 data.
	29.	2341	Quotidie nunc 180 grmm. carnis et bis gr. $\frac{1}{8}$ Chin. sulph. accipit.
	30.	2365	
	31.	2371	
	Aprilis	1.	2399
2.		2383	
3.		2396	
4.		2404	
5.		2405	A. 29. d. Martii pondere accrevit grm. 54 Pro die " " " 7,7 Pro millenis grm. ponderis prioris " 2,64
6.		2427	
7.		2419	
8.		2423	
9.		2433	
10.		2449	
11.		2455	
12.		2464	A. 5. d. April pond. accrevit grmm. 59 Pro die igitur " " " 8,4 Pro millenis grm. pond. prior. " 2,87

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	13.	2469	
	14.	2482	
	15.	2493	
	16.	2495	
	17.	2508	A. 12. d. April pond. accrevit grmm. 44 Pro die igitur „ „ „ 8,8 Pro millenis grm. pond. prior. „ 3,02
	18.	2461	90 grmm. carnis tantum devorat. Chini- num non praebetur.
	19.	2357	Nil edit. — Vomitus et diarrhoea.
	20.	2253	Idem.
	21.	2117	Idem.
	22.	1994	Idem.
23.	1783	Periit ¹⁶⁾ .	

Felis igitur a die 29. Martii ad diem 17. Aprilis pondere accrevit 157 grmm.; quotidie igitur 8,2 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 2,81 grmm.

II. Felis maris magni et obesi medium pondus 3774 grmm. statutum est; eo, quod nutrimenta ei nulla praebuimus, ad 3051 grmm. pondere deminutus est. Quo facto, 225 grmm. carnis et bis octavam grani partem Chinini sulphurici ei quotidie dedimus. Quibus nonnullos per dies sumptis simul cum aliis felibus morbo correptus est et, quum paulum tan-

16) Observationes, in singulas felis factae, non semper ita extenui poterant, ut optandum fuisset. Subito enim major felium numerus morbo correptus est, cuius causam invenire non potui. Novem hoc modo felis perierunt. Ex quibus duo diutius ferrum, quatuor chininum, tres autem nullum medicamentum acceperant. In omnibus, quum eas secarem, tubum intestinale mucum impletum esse inveni; in duobus ecchymoses in stomacho et intestino tenui, in duobus in intestino tenui tantum aderant. In duobus intestinum crassum maxime inflammatum erat. — In vivis omnibus vomitus et diarrhoea, saepe sanguinolenta, symptomata erant.

tum cibi sumeret, vires et corpus amisit, dum cibi appetentia ei rediret. Tum carnis copia tantum supra dicta ei praebe-
 • batur, dum ejus pondus ad 3020 accrescat. Tum demum praeter carnem octavam grani partem Chinini sulphurici quotidie accepit.

Mensis.	Dies.	Felis pondus: Grammata.	N o t a e.	
Martius	13.	3796	Nil cibi praebitum est.	
	14.	3676		
	15.	3496		
	16.	3387		
	17.	3309		
	18.	3234		
	19.	3154	50 gramm. carnis data sunt.	
	20.	3134	Idem.	
	21.	3051	Carnis grmm. 225 et bis octava grani pars chinini sulph. praebita sunt.	
	22.	3100	Idem.	
	23.	3146	Idem.	
	24.	3101	Idem.	
	25.	3193	Nil sumit cibi. Chininum non praebitur.	
	26.	3124	Carnis grmm. 174 edit.	
	27.	3154	Carnis 45 grmm. edit. Diarrhoea.	
	28.	3060	Carnis 120 grmm. edit. Vomitus.	
	29.	3097	Carnis 200 grmm. devorat.	
	30.	3012	Idem.	
	31.	3065	Nil edit. Diarrhoea et vomitus.	
	Aprilis]	1.	2979	Carnis 200 grmm. devorat.
		2.	3052	Nil edit.
3.		3000	Aliquantulum lactis et carnis 110 grmm. sumit.	
4.		3050	Carnis grmm. 103 edit. Diarrhoea.	
5.		2905	Carnis 200 grmm. devorat. Diarrhoea.	
6.		2900	Carnis 150 grmm. devorat.	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.	
Aprilis	7.	2955	Carnis 225 grmm. devorat.	
	8.	2940	dito Diarrhoea.	
	9.	2910	Nil sumit. Diarrhoea et vomitus.	
	10.	2773	Carnis 185 grmm. devorat.	
	11.	2765	Carnis 90 grmm. devorat.	
	12.	2705	Carnis 180 grmm. devorat.	
	13.	2670	Carnis 50 grmm. devorat.	
	14.	2620	Carnis 103 grmm. devorat.	
	15.	2600	Carnis 150 grmm. devorat.	
	16.	2632	Carnis 110 grmm. devorat.	
	17.	2595	Carnis 165 grmm. devorat.	
	18.	2605	Carnis 225 grmm. devorat.	
	19.	2670		
	20.	2740		
	21.	2742		
	22.	2775		
	23.	2855		
	24.	2826	A duodevicesimo die Aprilis pondere accre- vit 221 grmm. Pro quodam igitur die pondere accrevit 31,5 grmm. Pro millenis grmm. ponderis prioris accre- vit 8,34 grmm.	
	25.	2820	Carnis 160 grmm, devorat.	
	26.	2790	Carnis 225 grmm. devorat.	
	27.	2817		
	28.	2840		
	29.	2895		
	30.	2960		
	Majus	1.	3020	Abhiac quotidie Chininum accipit. A. 24. Aprilis pond. accr. 194 grmm. Prodie igitur " " 27,7 " Pro mill. grmm. " prioris 7,34 "
		2.	3025	
		3.	3015	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	4.	3031	
	5.	3030	
	6.	3080	
	7.	3087	A Cal. Maj. pond. accr. 67 grmm. Pro die igitur „ „ 9,5 „ Pro mill. pond. pr. „ 2,52 „
	8.	3100	
	9.	3117	
	10.	3133	
	11.	3160	
	12.	3138	
	13.	3143	
	14.	3160	A 7 d. Maj. pond. accrev. 73 grmm. Pro die igitur „ „ 10,4 „ Pro mill. pond. pr. „ 2,65 „
	15.	3187	
	16.	3210	
	17.	3224	
	18.	3219	
	19.	3287	
	20.	3252	
	21.	3261	A 14 die Maji pond. accrev. 101 grmm. Pro die igitur „ „ 14,4 „ Pro pond. mill. grmm. „ 3,81 „
	22.	3271	
	23.	3284	
	24.	3298	
	25.	3321	
	26.	3329	
	27.	3337	
	28.	3350	
	29.	3368	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
---------	-------	-------------------------------	------------

Majus	30.	3383	A 21 d. M. pond. accrev. 122 grmm. Pro die igitur „ „ 13,5 „ Pro pond. mill. grmm „ 3,57 „
-------	-----	------	--

A duodevicesimo igitur Aprilis die ad Calendas Majales pondere accrevit 415 grmm.; pro die igitur 29,6 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 7,84 grmm.

A Celendis Majalibus ad 30 d. Maji 363 grmm. pro die igitur 12,1 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 3,20 grmm.

III. Felis maris medium pondus 2870 grmm. erat. Quum ad 2293 grmm. diminutum esset, 170 grmm. carnis et bis gr $\frac{1}{3}$ Chin. sulph. feli praebebantur.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
---------	-------	-------------------------------	------------

Aprilis	11.	2874	Carnis grmm. 40 accepit.
	12.	2870	Nil accepit.
	13.	2830	Carnis grmm. 40 praebita.
	14.	2750	Nil accepit.
	15.	2746	Carnis grmm. 40 accepit.
	16.	2670	Nil accepit.
	17.	2655	Carnis grmm. 40 accepit.
	18.	2560	Nil accepit.
	19.	2465	Carnis grmm. 40 accepit.
	20.	2450	Nil accepit.
	21.	2375	Carnis grmm. 40 accepit.
	22.	2360	Nil accepit.
	23.	2290	Carnis grmm. 170 et bis Chin sulph. gr. $\frac{1}{3}$ accepit.
	24.	2350	
	25.	2350	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	26.	2357	
	27.	2369	
	28.	2372	
	29.	2392	
	30.	2382	A. 23 d. Apr. pond. accr. 92 grmm. Pro die igitur „ „ 13,1 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 4,56 „
Majus	1.	2397	
	2.	2396	
	3.	2407	
	4.	2411	
	5.	2446	
	6.	2437	
	7.	2459	A. 30. d. Apr. pond. accr. 77 grmm. Pro die igitur „ „ 11,0 „ Pro mill. grmm. pond. prior 3,83 „
	8.	2448	
	9.	2551	
	10.	2460	
	11.	2465	
	12.	2490	
	13.	2487	
	14.	2491	A. 7. d. Maj. pond. accrev. 42 grmm. Pro die igitur „ „ 6,0 „ Per mill. grm. „ prior. 2,08 „
	15.	2513	
	16.	2500	
	17.	2520	
	18.	2523	
	19.	2531	
	20.	2530	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	21.	2544	A. 14. d. Maj: pond. accrev. 53 grmm. Pro die igitur „ „ 7,5 „ Pro mill. grm. „ prior. 2,61 „
	22.	2537	
	23.	2539	
	24.	1548	
	25.	2552	
	26.	2560	
	27.	2569	
	28.	2573	
	29.	2586	
	30.	2598	A. 21. d. Maj: pond. accrev. 54 grmm. Pro die igitur „ „ 6,0 „ Pro mill. grm. „ prior. 2,08 „

Felis igitur 38 diebus pondere accrevit 308 grmm. pro die igitur 8,0 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 2,79 grmm.

IV. Medium pondus felis maris magui et obesi 3425 grm. erat. Ad 2795 grm. pondere diminuto, 210 grm. carnis et bis Ferr. ammon. citr. feli grjß feli quotidie praeuimus.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis.	9.	3411	Nullos accepit cibos.
	10.	3342	Carnis 50 grmm. accepit.
	11.	3257	Nil accepit.
	12.	3113	Carnis grmm. 50 accepit.
	13.	3076	Nil accepit.
	14.	2987	Carnis grmm. 50 accepit.
	15.	2923	Nil accepit.
	16.	2865	Carnis grmm. 50 accepit.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.	
Aprilis	17.	2816	Nil accepit.	
	18.	2801	Carnis grmm. 50 accepit.	
	19.	2795	Nunc jam 210 grmm. carnis et bis ferr. amm. citr. grjß quotidie ei praehentur.	
	20.	2814		
	21.	2813		
	22.	2822		
	23.	2831		
	24.	2832		
	25.	2847		
	26.	2858	A 19 d. Apr. pond. accr. 63 grmm. Pro die igitur „ „ 9,0 „ Pro mill. grm. pond. prior 2,62 „	
		27.	2863	
	28.	2875		
	29.	2890		
	30.	2887		
Majus.	1.	2903		
	2.	2915		
	3.	2923	A 26 d. Apr. pond. accr. 65 grmm. Pro die igitur „ „ 9,3 „ Pro mill. pond. prior. „ 2,71 „	
		4.	2924	
		5.	2929	
		6.	2941	
		7.	2957	
		8.	2963	
		9.	2987	
		10.	3015	A 3 d. Maj. pond. accr. 92 grmm. Pro die igitur „ „ 13,1 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 3,82 „
		11.	3007	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	12.	3031	
	13.	3047	
	14.	3033	
	15.	3046	
	16.	3061	
	17.	3071	A 10 d. Maj. pond. accr. 56 grmm. Pro die igitur ,, ,, 8,0 ,, Pro mill. grmm.pond. prior. 2,51 ,,
	18.	3089	
	19.	3097	
	20.	3112	
	21.	3114	
	22.	3121	
	23.	3129	
	24.	3137	A 17 d. Maj. pond. accr. 66 grmm. Pro die igitur ,, ,, 9,4 ,, Pro mill. grmm.pond. prior. 2,74 ,,
	25.	3148	
	26.	3153	
	27.	3167	
	28.	3193	
	29.	3182	
	30.	3189	A 24 d. Maj. pond. accr. 52 grmm. Pro die igitur ,, ,, 8,6 ,, Pro mill. grmm.pond. prior 2,51 ,,

Felis igitur 42 diebus 394 $\frac{1}{2}$ grmm. pondere accrevit; pro die igitur 9,3 grmm.: pro millenis grmm. ponderis prioris 2,71 grmm.

V. Medium pondus felis maris 3000 grmm. erat. Ad 2402 grmm. pondere diminuto, 180 grmm. carnis et bis Ferri ammon. citrir. grjß quotidie feli praebebantur.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.	
Martius.	18.	3111	Nullum cibum accepit.	
	19.	3066		
	20.	2887		
	21.	2791		
	22.	2709		
	23.	2643		
	24.	2583		
	25.	2544		
	26.	2489		Carnis 100 grmm. praebentur.
	27.	2534		Idem.
	28.	2475		Idem.
Aprilis.	29.	2402	Nunc jam 180 grmm. carnis et bis ferr. ammon. citr. grjß quotidie praebentur.	
	30.	2410		
	31.	2497		
	1.	2450		
	2.	2455		
	3.	2435		
	4.	2440		
	5.	2467	A 29 d. Mart. pond. accr. 65 grmm. Pro die igitur „ „ 9,8 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 3,1 „	
	6.	2510		
	7.	2560		
	8.	2555		
9.	2573			
10.	2600			
11.	2595			

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	12.	2590	A 5 d. Apr. pond. accr. 123 grmm. Pro die igitur „ „ 17,5 „ Pro mill. grmm. pond. prior 5,83 „
	13.	2595	
	14.	2595	
	15.	2600	
	16.	2620	
	17.	2650	
	18.	2650	
	19.	2663	A 12 d. Apr. pond. accr. 73 grmm. Pro die igitur „ „ 10,4 „ Pro mill. grmm. pond. prior 3,46 „
	20.	2700	
	21.	2720	
	22.	2695	
	23.	2715	
	24.	2760	
	25.	2670	
	26.	2695	A 19 d. Apr. pond. accr. 32 grmm. Pro die igitur „ „ 4,5 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 1,50 „
	27.	2703	
	28.	2710	
	29.	2720	
	30.	2690	
Majus.	1.	2690	
	2.	2674	
	3.	2680	A 26 d. Apr. pond. dimin. 15 grmm. Pro die igitur „ „ 2,1 „ Pro mill. grmm. pond. prior 0,70 „
	4.	2690	
	5.	2765	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	6.	2740	
	7.	2745	
	8.	2721	
	9.	2743	
	10.	2738	A d. 3 Maj. pond. accr. 58 grmm. Pro die igitur „ „ 8,3 „ Pro mill. grmm. pond. prior 2,76 „
	11.	2740	
	12.	2731	
	13.	2746	
	14.	2740	
	15.	2755	
	16.	2760	
	17.	2760	A 10 d. Maj. pond. accr. 22 grmm. Pro die igitur „ „ 3,4 „ Pro mill. grmm. pond. prior 1,03 „
	18.	2774	
	19.	2781	
	20.	2799	
	21.	2814	
	22.	2821	
	23.	2857	
	24.	2851	A 17 d. Maj. pond. accr. 91 grmm. Pro die igitur „ „ 13,0 „ Pro mill. grm. pond. prior 4,33 „
	25.	2869	
	26.	2875	
	27.	2890	
	28.	2883	
	29.	2896	
	30.	2912	A. 24. d. Majus pondere accr. 61 grmm. Pro die igitur „ „ 8,7 „ Pro mill. grmm. „ prioris 2,9 „

Felis igitur 63 diebus 510 grmm. pondere accrevit; pro

die igitur 8,1 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 2,70 grmm.

VI. Medium pondus felis maris ad 2528 grmm. statutum est. Quum ad 2060 grmm. pondere diminutus esset felis, 150 grmm. carnis quotidie ei praebebantur.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Martius	20.	2565	Nihil accepit.
	21.	2503	Carnis 30 grmm. accepit.
	22.	2467	Nihil accepit.
	23.	2342	Carnis 30 grmm. accepit.
	24.	2305	Nihil accepit.
	25.	3263	Carnis 30 grmm. accepit.
	26.	2221	Nihil accepit.
	27.	2179	Carnis 60 grmm. accepit.
	28.	2195	Carnis 60 grmm. accepit.
	29.	2101	Carnis 60 grmm. accepit.
	30.	2089	Carnis 60 grmm. accepit.
	31.	2057	Carnis 100 grmm. accepit.
Aprilis	1.	2060	Carnis 150 grmm. accepit.
	2.	2109	
	3.	2181	
	4.	2175	
	5.	2175	
	6.	2200	
	7.	2165	
	8.	2170	A. 1. d. April pond. accr. 110 grmm. Pro die igitur „ „ 15,7 „ Pro mill. pond. prior. „ 6,21 „
	9.	2190	
	10.	2215	
	11.	2224	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.	
Aprilis	12.	2225		
	13.	2222		
	14.	2215		
	15.	2270	A. 8. d. April pond. accr. 100 grmm. Pro die igitur „ „ 14,3 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 5,65 „	
	16.	2262		
	17.	2280		
	18.	2290		
	19.	2290		
	20.	2310		
	21.	2300		
	22.	2329	A. 15. d. April pond. accr. 59 grmm. Pro die igitur „ „ 8,4 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 3,32 „	
	23.	2320		
	24.	2350		
	25.	2385		
	26.	2375		
	27.	2387		
	28.	2390		
	29.	2360	A. 22. d. April pond. accr. 31 grmm. Pro die igitur „ „ 4,4 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 1,74 „	
	30.	2357		
	Majus	1.	2378	
		2.	2390	
		3.	2445	
4.		2437		
5.		2445		
6.		2453	A. 28. d. April pond. accr. 93 grmm. Pro die igitur „ „ 13,2 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 5,22 „	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	7.	2457	
	8.	2473	
	9.	2451	
	10.	2456	
	11.	2461	
	12.	2469	
	13.	2469	A. 6. d. Majus pond. accr. 16 grmm. Pro die igitur „ „ 2,3 „ Pro mill. grmm. pond. prior. 0,90 „
	14.	2471	
	15.	2483	
	16.	2496	
	17.	2491	A. 13. d. Majus pondere accr. 22 grmm. Pro die igitur „ „ 5,5 „ Pro mill. grmm. „ prioris 2,14 „

Felis igitur 51 diebus 460 grmm. pondere accrevit; pro die igitur 9,0; pro millenis grmm. ponderis prioris 3,95 gramm.

VII. Medium pondus felis maris 3300 grmm. erat. Quo ad 2590 grmm. diminuto, feli quotidie nonnisi 195 grmm. carnis praebantur.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	13.	3279	Carnis grmm. 45 accepit.
	14.	3002	Nil accepit.
	15.	2935	Carnis grmm. 45 accepit.
	16.	2870	Nil accepit.
	17.	2795	Carnis grmm. 45 accepit.
	18.	2740	Nil accepit.
	19.	2625	Carnis grmm. 45 accepit.
	20.	2590	Abhinc jam 195 grmm. carnis quotidie accepit.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N. o t a e.
Aprilis	21.	2600	
	22.	2595	
	23.	2620	
	24.	2674	
	25.	2670	
	26.	2690	
	27.	2743	A. 20. d. Apr. pond. accrev. 153 grmm. Pro die igitur " " 21,8 " Pro mill. grmm. " prior. 6,60 "
	28.	2780	
	29.	2760	
	30.	2791	
Majus	1.	2803	
	2.	2787	
	3.	2755	
	4.	2705	A. 27. d. Apr. pond. dimin. 38 grmm. Pro die igitur " " 5,4 " Pro mill. grmm. " prior. 1,66 "
	5.	2723	
	6.	2706	
	7.	2720	
	8.	2750	
	9.	2762	
	10.	2787	
	11.	2816	A. 4. d. Maj. pond. accrev 111 grmm. Pro die igitur " " 15,8 " Pro mill. grm. " prior. 4,78 "
	12.	2825	
	13.	2843	
	14.	2872	
	15.	4857	
	16.	2870	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	17.	2856	
	18.	2863	A. 11. d. Maj. pond. accrev. 47 grmm. Pro die igitur „ „ 6,7 „ Pro mill. grmm. „ prioris 2,03 „
	19.	2879	
	20.	2887	
	21.	2897	
	22.	2903	
	23.	2915	
	24.	2926	
	25.	2949	A. 18. d. Maj. pond. accrev. 86 grmm. Pro die igitur „ „ 12,3 „ Pro mill. grim. „ prioris 2,72 „
	26.	2942	
	27.	2949	
	28.	2956	
	29.	2973	
	30.	2975	A. 25. d. Maj. pond. accrev. 26 grmm. Pro die igitur „ „ 5,2 „ Pro mill. grim. „ „ 1,57 „

Felis igitur 41 diebus 385 grmm. pondere accrevit; pro die igitur 9,3 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 2,81 grmm.

VIII. Medium pondus felis maris permagni 4126 grmm. erat. Calomelane adhibito, pondus ad 3309 grmm. diminutum est. Tum quotidie 240 grmm. carnis feli praebebantur, dum prius pondus attingeret. — Simul cum aliis felibus morbo correptus, ad 3052 grmm. pondere diminutus est. Carnis 240 grmm. quotidie praebitis, pondere ad 3334 grmm. accrevit. Tum demum praeter carnem Ferr. ammon. citr. grjβ bis quotidie ei praebita sunt.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.	
Martius	5.	4134	Carnis grmm. 100 accepit.	
	6.	4119	Calomelan. grjj accepit.	
	7.	3994	Idem.	
	8.	3885	Idem.	
	9.	3764	Idem.	
	10.	3699	Nil accepit.	
	11.	3564		
	12.	3547		
	13.	3497	Parum lactis accepit.	
	14.	3435	Carnis grmm. 60 praebentur.	
	15.	3411	Nil accepit.	
	16.	3404		
	17.	3363	Carnis grmm. 60 accepit.	
	18.	3309	Carnis 240 grmm. accepit.	
	19.	3349		
	20.	3393		
	21.	3471		
	22.	3556		
	23.	3551		
	24.	3619		
	25.	3604	A 18 d. Mart. pond. acer. 295 grmm. Pro die igitur „ „ 42,1 „ Pro mill. grm. pond. prior 10,20 „	
		26.	3676	
		27.	3676	
		28.	3725	
		29.	3785	
	30.	3768		
	31.	3790		
Aprilis	1.	3894	A 25 d. Mart. pond. acer. 290 grmm. Pro die igitur „ „ 41,4 „ Pro mill. grmm. pond. prior 10,03 „	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	2.	3830	
	3.	3895	
	4.	3885	
	5.	3885	
	6.	3923	
	7.	3972	
	8.	4045	
	9.	4063	
	10.	4116	A 1 d. Apr. pond. acer. 222 grmm. Pro die igitur „ „ 24,6 „ Pro mill. gram. pond. prior 5,97 „
	11.	4009	Diarrhoe et vomitus. Nil edit.
	12.	3827	Idem.
	13.	3687	Idem.
	14.	3575	Idem.
	15.	3397	Idem.
	16.	3312	Idem.
	17.	3220	Carnis grmm. 20 grmm. devorat.
	18.	3110	Carnis grmm. 41 devorat.
	19.	3070	Carnis grmm. 120 devorat.
	20.	3050	Carnis grmm. 80 devorat.
	21.	3035	Carnis grmm. 160 devorat.
	22.	3052	Carnis 240 grmm. devorat.
	23.	3070	
	24.	3160	
	25.	3175	
	26.	3238	
	27.	3261	
	28.	3334	Nunc jam 240 grmm. carnis et bis ferr. ammon. citr. grjß accipit.
	29.	3373	
	30.	3400	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus.	1.	3420	
	2.	3470	
	3.	3501	
	4.	3533	A 28 d. Apr. pond. accr. 119 grmm. Pro die igitur „ „ 28,4 „ Pro mill. grm. pond. prior 6,88 „
	5.	3620	
	6.	3647	
	7.	3619	
	8.	3639	
	9.	3673	
	10.	3707	
	11.	3737	A 4 d. Maj. pond. accr. 204 grmm. Pro die igitur „ „ 29,1 „ Pro mill. grm. pond. prior 7,05 „
	12.	3710	
	13.	3741	
	14.	3788	
	15.	3823	
	16.	3860	
	17.	3841	
	18.	3873	A 11 d. Maj. pond. accr. 136 grmm. Pro die igitur „ „ 19,4 „ Pro mill. grm. pond. prior 4,70 „
	19.	3895	
	20.	3917	
	21.	3939	
	22.	3964	
	23.	4001	
	24.	4037	

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Majus	25.	4063	A 18 d. Maj. pond. accr. 190 grmm. Pro die igitur „ „ 27,1 „ Pro mill. pond. prior „ 6,56 „
	26.	4087	
	27.	4092	
	28.	4100	
	29.	4136	A 24 d. Maj. pond. accr. 73 grmm. Pro die igitur „ „ 18,2 „ Pro mill. grm. pond. prior 4,41 „

Felis igitur 24 diebus, per quas carnis tantum copiam ei destinatum sumpserat, 807 grmm. pondere accrevit; pro die igitur 33,6 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 8,14 grmm.

Postea 32 diebus, per quas praeter carnem grjβ ferr. ammon. citr. bis quotidie sumpserat, pondus 802 grm. auctum est; pro die igitur 25,0 grmm.; pro millenis grmm. ponderis prioris 6,05 grmm.

IX. Felis maris pondus medium 2897 grmm. erat; ad 2318 pondus minuere voluimus. Morbo autem correptus felis ad 2024 grmm. pondere diminutus est, dum cibi appetentia ei rediret. Tum autem 170 grmm. carnis quotidie ei praebantur.

Mensis.	Dies.	Felis pondus. Grammata.	N o t a e.
Aprilis	28.	2897	Nil accepit.
	29.	2811	Carnis grmm. 30 accepit.
	30.	2767	Nil accepit.
Majus	1.	2645	Nil edit.
	2.	2601	Diarrhoea.
	3.	2523	Diarrhoea.

Mensis.	Dies.	Felis pondus: Grammata.	N o t a e.
Majus	4.	2418	Diarrhoea.
	5.	2337	Diarrhoea.
	6.	2265	Carnis grmm. 10 edit.
	7.	2220	Carnis grmm. 45 edit.
	8.	2199	Carnis grmm. 60 edit.
	9.	2165	Carnis grmm. 20 edit.
	10.	2122	Carnis grmm. 100 edit.
	11.	2104	Carnis grmm. 90 edit.
	12.	2093	Carnis grmm. 120 edit.
	13.	2081	Carnis grmm. 110 edit.
	14.	2024	Carnis grmm. 170 devorat.
	15.	2032	
	16.	2041	
	17.	2057	
	18.	2059	
	19.	2068	
	20.	2075	
	21.	2085	A 14 d. Maj. pond. accr. 61 grmm. Pro die igitur „ „ 8,7 „ Pro mill. grm. pond. prior 3,03 „
	22.	2092	
	23.	2092	
	24.	2103	
	25.	2114	
	26.	2116	
	27.	2124	
	28.	2129	
	29.	2141	
	30.	2147	A 21 d. Maj. pond. accrev. 62 grmm. Pro die igitur „ „ 6,8 „ Pro mill. pond. prior. „ 2,34 „

Felis igitur 17 diebus 123 grmm. pondere accrevit;
pro die igitur 7,2; pro millenis grmm. ponderis prioris 2,52.

Si numeros, quos in singulis felibus invenimus, ut eos comparemus, iterum respicimus, haecce habemus:

Felis numerus et id quod ei praebatur.	Medium pondus.	Per quot dies pondere accreverit.	Ponderis increment.	Pro die	Pro millenis-grm. medii ponderis.
I. Chin. sulph.	2917	19	157	8,2	2,81
II. Sola caro.	3774	14	415	29,6	7,84
Idem. Chin. sulph.	—	30	363	12,1	3,20
III. Chin. sulph.	2870	38	307	8,0	2,79
IV. Ferrum.	3425	43	394	9,3	2,71
V. Ferrum.	3000	63	510	8,1	2,70
VI. Sola caro.	2528	51	460	9,0	3,95
VII. Sola caro.	3300	41	385	9,3	2,8
VIII. Sola caro.	4126	24	807	33,6	8,14
Idem. Ferrum.	—	32	802	25,0	6,05
IX. Caro sola.	2897	17	123	7,2	2,52.

Ex tabulis praecedentibus vidimus, ponderis incrementum brevioribus temporis spatiis non aequabiliter procedere. Itaque observationibus, quas per brevius temporis spatium instituimus, sic ut in feli prima et ultima, non magnum pretium adscribere licet.

Felis secunda et octava cum se ipsis comparari possunt; et quidem utraque felis, carne tantum sumpto, celerius accedit, quam Chinino aut ferro etiam adhibito. Non habeamus igitur, cur censeamus, ferro et Chinino in usum vocatis, incrementum corporis accelerari.

Optandum esset, ut pericula hocmodo repeterentur, ut animalibus, quantum ipsa devorare volunt tantum praebetur nutrimenti.



Theses.

- I.** Remedia tonica non sunt.
 - II.** Syphilis primaria et urethroblennorrhoea ab initio secundum methodum abortivam traetandae.
 - III.** Morbus scrophulosus idem atque tuberculosus.
 - IV.** Indicium perforandi capitis foetalis, quo moveamur ut vitam matris vitae foetus praeferamus, non existit.
 - V.** Aegroti mors magis medicinae expedit, quam sanatio.
 - VI.** Secreta in aegrotis aliis, quam quibus in sanis discernuntur, organis secerni nequeunt.
-